Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26300
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Maledictus eris inter omnia animantia super pectus tuum et ventre
gradieris. Nomine pectoris significat superbia mentis. nomine
autem ventris significant desidia carnis. His enim duabus rebus
serpit diabolus. in eos quos decipere uult. idem aut terrena cupi
ditate et luxuria. aut superbie ruina insana. Et terram manduca
bis. i. ad te pertinebunt quos terrena cupiditate decepis. Omnib;
diebus uite tue. i. omni tempore quo agis hanc potestatem. ante
illam ultimam penam diei iudicii. Inimicicias ponam inter te et mu
lierem. et semen tuum et semen illius. Semen diaboli. peccata sug
gestio est. Semen autem mulieris fructus et boni opis. quo peccate
suggestioni resistit. Ipsa caput illius comminuet. si cum mens in ipso
initio male suggestionis excludit. Ille insidiatur calcaneo eius.
qa mentem quam prima suggestione non decipit. decipere in fine ten
dit. Quidam autem hoc quod dictum est inimicicias ponam inter te et
mulierem. de uirgine desponsata de qua dns natus est intellexerit.
eo quod illo tempore ex ea dns nasciturus ad im[illegible] meum. et ad
mortem cui ille auctor erat destruendum p[illegible]mittebat. sicut in dauid
septum est. De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Nam et illud
quod subiunctum est ipsa comminuet caput tuum. et tu insidiaberis
calcaneo eius. si de fructu ventris MARIE. qui est xpe intelli
gitur. i. tu eum supplantabis ut moriatur. ille autem te uicto resur
get. et caput tuum comminuet quod est mors. sicut et dauid dicitur
ex psona patris ad filium. Super aspidem et basilisci ambulabis.
et conculcabis leonem et draconem. Aspidem dicit mortem. basiliscum
peccatum leonem antichrm. draconem diabolum. De pena autem mulie
ris quod significat quod ei dicit in dolore paries filios. non qa uoluntas
carnalis. cum aliqua mala consuetudine uincere uult. patitur in
exordio dolores. atq; ita p meliorem consuetudinem parit bonum opus.
quasi filios. Quod autem adiecit et conuersatio tua ad uirum tuum. et ipse
tui dominabitur. hoc significat. quod illa uoluptas carnalis. quam
cum dolore reluctabatur. ut faceret consuetudinem bonam. iam ipsis